

industria, qualiter nos ob petitionem et interventum fidelium nostrorum Willegisi videlicet archiepiscopi et Diemonis marchionis pro memoria patris nostri, quem<sup>a)</sup> quidem, quod coeperat ipse, nos perficere et meliorare oportebat, tradidimus quandam villam Setleboresdorf vocitatum, iacentem in burewardo Boruz dicto prope fluvium, qui Albia dicitur, Misnensi ecclesiae, cui venerabilis Folcholdus episcopus praeesse dinoscitur, cum omnibus 5 rebus iuris nostri in eodem villae situ manentibus et accidentibus, proventus in theloneo, quod ad fiscum nostrum pertinuerat, a civitate, quae dicitur Belegora, usque ad eiusdem Misnensis ecclesiae portum sursum indeque denuo per ambas plagas praefati fluminis Albiae deorsum sicque infra praefinitum terminum, ubicumque manus negociatorum ultra Albiam huc illucque sese diverterit, ex integro et absque ulla contradictione thelo- 10 neum eidem praenominatae Misnensi sedi persolvant, veluti ad fiscum nostrum debuerint. Igitur post haec statuimus, ut omnes, qui in eodem burgwardo habitent, omnem decimationem rerum suarum scilicet frugum pecudum pecuniarum vestimentorum mellis et crusinaram, nec non quod Theutonici dicunt uuarcophunga et talunga familiarum et omnium utilitatum, quibus mortales utuntur, in eandem Misnensem civitatem deo sancto- 15 que Johanni ewangelistae et sancto Donato martiri omni ambiguitate procul remota persolvant, referant et reddant. Insuper ad haec omnia de nostra proprietate et de nostro iure, quod in eodem burgwardo possidemus, permisimus et concessimus eiusdem villae iamiam Setleboresdorf dictae cultoribus, de ambabus Albiae partibus liberam facultatem laborandi et inquirendi — — 20

Signum domini (M.) Ottonis invictissimi imperatoris augusti.

Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archicapellani  
recognovi. (S.J.)<sup>b)</sup>

Data III. kalend. martii anno dominicae incarnationis DCCCCLXXXIII., indictione XI., anno vero regni secundi Ottonis XXV., imperii autem XV; actum in Franconowrth; 25 feliciter.

## 34.

[983 Dec. oder 984 Jan. — April.]

Hilschr.: Cop. Lib. priv. s. Maurici fol. 2 (A) und Cop. 56 fol. 312<sup>b</sup>. Staatsarchiv Magdeburg.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,17.

Ann.: Vergl. Einl. 179 Ann. 88. S. A. 331 Ann. 88.

30

*Papst Johann XIV. bestätigt nach umständlicher Erzählung des Hergangs der Errichtung des Erzbisthums Magdeburg und der Einsetzung seiner Suffraganbischöfe, darunter derer von Zeitz, Meißen und Merseburg, einige wichtigere Vorrechte des Erzbischofs und seines Kapitels.*

35

33. a) quoniam (?). b) Foltz, Otto II. 4.